

- conversa est: unde tam copiosa iustorum messis in Ecclesia Dei, à n. 2308.
7. *Beati pauperes etc.* Sancti his octo Beatitudinibus addicti contra opposita vitia strenue depugnant, ut æternam gloriæ præmium consequerentur. Dum enim in hac vita versamur, luctandum nobis continuò est, ut pacificè in nobis divina requiescat maiestas, à n. 1359.
 8. *Beati pauperes etc.* Mundana beatitudo externa est, exteriusque in rebus, divitiis, voluptatibus, honoribus &c. sita est, ast Christiana Beatitudo interna est, atque in paupertate, mansuetudine, periectionibus, tolerantia, cæterisque virtutibus collocata est. Nempe, perfectus homo totus interior debet esse, cordis homo, qui Deum habeat internæ suæ gloriæ inspectorem, & laudatorem, à n. 867.
 9. *Beati pauperes spiritu etc.* A paupertate exorditur Christus Evangelicæ perfectionis doctrinam, ut rectè insistantur viæ ad Pempyreas sedes tendenti. Nam mundalia bona instar puncti sunt, quæ errare, & circumagitari faciunt homines, à n. 1160. Hæc si contemnant, faciliè gymrum cœli, resque cœli ambiunt, à n. 1165.
 10. *Beati mitis etc. Beati pacifici etc.* Vide in Indice rerum Concordiæ, & Pax.
 11. *Ipsum est Regnum caelorum.* Iusti vel ipsum Olympum honorant, & exornant, n. 21. Parant sibi mansiones in cœlo, num. 23.
 12. *Beati qui lugent.* Dum vivimus flendum, non ridendum ineptè, n. 1161.
 13. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Id est, sanctitatem, & omnem in via salutis progressum. Iustorum enim sanctitas similis debet esse soli exorienti, & progredienti usque ad meridiem, à n. 934.
 14. *Beati mundo corde.* Vide in Indice verborum Cor, & Castitas.
 15. *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelo.* Vide in Indice verborum Caelum, & Gloria.

Pro communi Apostolorum.

1. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Joan. 15. Duodecim Apostoli splendide designati stellis totidem, quibus excelsum Deiparæ caput redimitur. 12. Apostoli enim à Matia illuminati, uti ab Evangelicæ Doctrinæ Magistra, à n. 129. Item magnæ huius Matris auxilio, manu, & sapientia pugnabant Apostoli, ac detriumphant hortes, n. 195. Vide Maria in Indice rerum, n. 45.
2. *Hoc est præceptum etc.* Misurus erat Apostolos suos sicut oves in medio luporum; ut verò unus pro multis, imò pro innumerabilibus esset, mutua eos dilectione, pace, & concordia obarmat, n. 1419. & 1617.
3. *Hoc est præceptum etc.* Ut per Apostolorum mutuum amorem, pacem, & concordiam, suum protendat quoquoque versus imperium, ut se invicem diligant, serò imperat. Ubi enim alta pax floret, ibi divina Christi potestas, & Regia splendet maiestas, à n. 1415.
4. *Sicut dilexi vos.* Scilicet proponit mutue dilectionis exemplum. Est enim Jesus morum exemplar absolutissimum, num. 8. Prima lex, ac bene operandi norma, num. 2243. Unica meta, & præcipuus scopus, in quem collimare debet nostra omnis oculus, ac mentis acies, ne aberret, à n. 38. Mater item pulchræ dilectionis, quæ est tota pulchritudo Ecclesiæ, & potens suo aspectu omnes ad se rapere, à n. 2061.
5. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis.* Constituebat Dominus Apostolos suos Principes super omnem terram, & Ecclesiæ Prælatos; quorum munus esset subditorum onera, ærumnas, & infortunia sustinere usque ad vitæ dispendium. Nam qui aliis præfuit, portare debent, non portari, à n. 1129.
6. *Non dicam vos servos.* Cardinalis Toletus observat, loqui Christum de legis veteris servitute, à qua nos per Evangelium exemit. Ut hinc noveris discrimen inter Synagogam veterem, & Ecclesiam Christianam; nam illa ancilla fuit, hæc autem libera, ingenua, sponsa, domina, n. 1437. & à n. 1432. Vide Ecclesia.
7. *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Dum suis alicuius recondita mysteria manifestavit, quæcumque eos audire oportebat, non jam cum illis quasi cum servis, sed potius ut amicis, agere videbatur, ut agit cum Angelis suis in caelo. Christus enim est unus in una Angelorum, & hominum schola Doctor, & Magister, à n. 116. Et quidem Apostoli illuminati à Christo sunt, ut per eos vel Angeli ipsi fuerint illustrati, à n. 119.
8. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, q. d. Meæ gratiæ adscribendum quod electi sitis: Mali eratis, & electi sumus (ait Augustinus) ut boni, per gratiam nos eligentis, essemus. De quo n. 933. & 939. & 1324.*
9. *Posui vos, ut caris.* Rectè quidem ided data nobis gratia est, ut caris. Iustorum quippe vita similis debet esse soli exo-

10. *Et fructum afferatis, & fructus vestri maneat.* Ubi Augustinus: Et fructum afferatis, ut fructus vestri maneat, atque indecelsum divina gratiæ lumen, ne deficiat, neque defatigetur, nostram desiderat indecientem, atque indecelsam cooperationem, à n. 1071. Vide Gratia.
11. *Posui vos, ut caris.* Idem Doctor: Ipse est via, in qua non posuit, ut caris. Christus enim iniciavit nobis viam novam, & viventem, absque offendiculo, n. 1101. 2244. Et ille est via in deserto, mystica nempe ignis, & nubis columna ductans, illuminans, & obumbrans, à n. 1089.
12. *Et fructus vestri maneat.* Ut enim Sapientiæ 3. 15. Bonorum laborum gloriosus est fructus, & qui non concidit radix sapientia. Vide dicta ad v. 23. Et flores mei fructus gloria etc. à n. 2023. Et quidem bonorum operum fructus peritabunt, quia gloriæ præmium illis debitum æternum erit, à n. 941. Item verò, ille, in quo virtus altas egit radices, unum se reputet de prædestinatis ad æternam felicitatem, à n. 1595.

Pro aliis Apostolorum encomiis, vide Apostolos.

Pro communi alio Apostolorum.

1. *Eccc nos reliquimus omnia etc.* Matt. 19. Petri hæc vox est, sed & totius Ecclesiæ omnia propter Christum ultrò relinquens. Qui enim claves Regni caelorum acceperat [ait Chryl.] pro his, quæ ibi sunt, jam confisit, & pro Orbe terrarum universo interrogat. O quam boni Prælati conditionem! Scilicet sublimior Principum maiestas tunc maxime proditur, cum subditorum emolumentis inserviunt, à numer. 1120.
2. *Eccc nos reliquimus omnia.* Quæ hæc omnia ab Apostolis relicta? Mundalia certè, quæ minoris sunt ponderis, quam ipsa vanitas, & inanitas ipsa, n. 1602. Ideo, cum subdit, quid ergo erit nobis? Spirituality bona quærit, & sibi, & Ecclesiæ universæ, quæ tunc plus gæstantur, plus appetuntur, n. 2244.
3. *Et secuti sumus te.* Christus enim est prima lex, ac bene operandi norma, n. 2243. Et unica meta, ac præcipuus scopus, in quem collimare debemus, à n. 38. Vide Christus, in Indice n. 8. Et instar columnæ est ignis, & nubis nos ductans, illuminans, & obumbrans, à n. 1089.
4. *Quid ego erit nobis? Ubi Origenes: Quasi victor athleta interrogat, quæ sint præmia certaminis.* Animosè Apostoli in ipso operis initio mundana omnia cõtēperunt, & victores athleta jam ex tunc appellantur. Quid hoc? Innuitur certè, tantam esse boni principii virtutem, ut qui bene inceperit, possit jam, vel ab initio operis, coronâ beati, n. 886. & vide à n. 876. & vide principium, & lucra.
5. *Quid ergo erit nobis? Ibi Chryl. Nihil à rebus caducis petebat.* Qui enim cœlesti sapientia pollent, gymrum cœlestium ambiunt, dum impii per stultitiam in terrenarum rerum puncto perpetua vertigine agitantur, à n. 1160. Hinc Apostoli, toti cœlestes. Nam qui cœlestia bona quærit, à terræ contubernio se junctus, cœlum est, à n. 115.
6. *Quid ergo erit nobis? Quid? Doctrinâ Evangelicâ mundum illuminabit, & fecundabit universum,* à n. 1046. Omnium onera portabit, ut qui omnibus præfecti sitis, à n. 1129. Animarum hostes decalcabit, & subjiciet, ut in vobis divina virtus maxime clarescat, à n. 1230. Obdurata hominum corda, divina virtute armati, mihi subijciatis, à n. 1233. Toti aromatiseritis, mei nominis fragrantiam quaquaversus diffundentes, à n. 2016. Mea doctrinâ aurifera, & gemmifera totum locupletabit Orbem, à n. 2302. Et infœcundas Gentilitatis regiones in terram uberem, floridam, & amœnam convertetis, à n. 2308. Atque barbaras quasque, ac distitas nationes, illuminabit, à n. 2378. O quam rectè in Apostolos cadunt hæc omnia, Evangelicæ expeditionis intentos!

Pro communi Evangelistarum.

1. *Designavit Dominus etc. Luc. 10.* Christus ipse est, qui hos Discipulos designavit, & ad seminandum Evangelium toto terrarum Orbe misit, ut per illos uberiorem gratiam populis impertiretur. Planè sic ostendit, quam vehementer exoptet omnium salutem, salutis incrementum, & perennitatem, à n. 2172.
2. *Designavit Dominus etc.* Signatim hic Dominus appellatur, cum impensè omnium salutem incumbit. Sublimior enim Principum maiestas tunc maxime proditur cum subditorum emolumentis inserviunt, à n. 1120.
3. *Designavit Dominus etc. Ubi Beda: Bene septuaginta duo mittuntur, quia totidem mundi gentibus Evangelium prædicandum erat.* Et bene item Christus tunc vocatur Dominus, ut ita amplissimus ejus dominatus ostendatur. rebellibus, ac superbientibus inimicis conculcatis, & subiectis, à n. 1177.
4. *Designavit Dominus etc.* Cura Christo est, uti supremo Monar-

- Monarchæ, de communi omnium salute. Non enim partiarîa debet esse Principum bonitas, æqualem se omnibus debet exhibere, à n. 152.
5. *Misit illos binos ante faciem suam.* Vbi Chryl. Misit Christus Apostolos, quasi sol radios suos, ut sol in radiis apparet, sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscitur. Scilicet Christus sol instar vel barbaras quasque, distitas nationes, Evangelicæ doctrinæ luce per Apostolos quoquoque deportata illuminavit, à n. 2378.
 6. *Misit illos binos.* Bini mittuntur, quia (ut Gregorius explicat) minus quam inter duos Charitas haberi non potest. Nempe, etsi pauci, amore tamen, pace, & concordia innumerati erant, à n. 200. & 1917. & 1419.
 7. *Misit illos binos.* Ut planè adlocatio sapientiæ cum sanctitate in prædicationibus necessaria portenderetur, n. 274. Sanctitas enim est Christianæ sapientiæ anima, sine qua inanis extat, & emortua quæcumque sapientia, à n. 270.
 8. *Misit illos binos.* Non solum concordia, sed ipsorum Dei verbo obarmatos. Quippe Doctrinâ Evangelicâ non imbellis est, sed bellatrix non infirma, sed fortissima, qua possunt fortia quæque, dura, & dira superari, à n. 2292.
 9. *Misit quidem multa.* Vbi Chryl. Misit multa, quia quælibet messem vocat, cum res ad præcis exordium sumantur. Nondum iacto aratro, atq; sulcis productis, de messibus tractat. Dixisset, vel in ipso Evangelici muneris initio præmaturationem fieri de messis ubertate, quasi jam collecta, quia tunc fortiter se gesserunt Discipuli, ac proinde de felicissimo rei exitu securi esse poterant. Ex bono enim, vel malo principio, optima boni, vel mali exitus desumitur conjectura, à n. 876.
 10. *Misit quidem multa.* Quia certè ab exiù dante Christi doctrina per ejus Discipulos diffusa, infœcundæ Gentilitatis regiones in terram uberem conversa sunt, à n. 2308.
 11. *Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* operarios appellat ministros Evangelicos, & Ecclesiæ Prælatos, qui operi operosè incubant, neque unquam ab operibus cessent pro melle colligenda, pro subditis juvenandis, pro animarum salute. Qui enim aliis præfuit, operariis portare debent, non portari. portent pondus diei, & estus, à n. 1129. Et quidem Doctor. homo est laboriosissimus, qui & lux, & aliorum saluti incumbere debet, sic plousquam homo reputabitur, à n. 2414.
 12. *Te, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* O quam arduum, durum que valde imbecillis agnis erit inter rapaces potenter lupos mitti, versarique! Imò potius ardua quæ que, dura que emolliuntur illis imperantibus verbis? Ecce ego mitto vos. Per obedientiam enim virtutem quæcumque difficilia superantur, à n. 1922.
 13. *Ecce ego mitto vos sicut agnos.* Ecclesiæ suæ Proceres, & Prælatos præficiens Dominus, eos adinstar agnorum esse jubet, qui Pastoris subjiciuntur voluntati, ac directioni; certè ut sic ultrò illis subdantur, & serviant populi. Nam eis bene subduntur, & inserviunt homines, qui sciunt jugum subire aliis parendi, & inserviendi, à n. 1407.
 14. *Nolite portare sacculum etc.* Eos universis nudat mundi bonis, & egestate adornat, ut hoc pacto cœli sint gloriam Dei enarrantes. Cœlum enim eris, si à te ipso, & terræ contubernio longè sejungaris, cœlestia, & æterna quærens, à n. 1115.
 15. *Nolite portare sacculum, neque peram.* Amovet ab Evangelii ministris bonorum temporalium, & ejusmodi lucricupiditatem, qua possit veritatis ministerium corrumpi. Gratis ergo Evangelicus operarius sua munera fundat, ut fons aquam, n. 1893.
 16. *Nolite portare sacculum.* Vbi Gregorius moralissimè: Pecunia clausa in sacculo est sapientia occulta. Scilicet sapiens homo non suæ tantum, sed aliorum etiam salutem laborare debet, à n. 2418. Sic Deum ipsum pro virili emulabitur, n. 2423. Sic illius sapientia adinstar aque erit, non stagnantis, sed jugis, ac rividæ, n. 1889. Sic plus augebitur, n. 1891. Et quidem proprium sapientis munus est Mundum illuminare, ac fecundare, à n. 1046.
 17. *Primum dicit: Pax huic domui.* Quorum ut pacem omnibus spirent, imperat? Quia ubi alta pax floret, ibi divina Christi potestas, ac Regia splendet maiestas, à num. 1415.
 18. *In eadem domo manete.* Nolite transire de domo in domum. Quæ si ad mores referas, cõstantia videtur commendari in re virtutis. Ille enim, in quo virtus altas egit radices, unum se reputet de prædestinatis ad æternam felicitatem, à num. 1595.

Pro communi unius Martyris Pontificis.

1. *Siquis vult venire post me etc.* Matth. 16. Voluntas prius exigitur, id est, totum cor Deo inprimis tribuendum, ut nostra ei placeat abnegatio, & in martyrii sacrificium. Nam qui Deo cor non offert, nihil offert, à n. 894.
2. *Siquis vult venire post me etc.* Voluntatem expetit, & sub-

- ditos spontaneos ad Crucis onus tollendum: Populus suus spontaneus, seu voluntarius in die Crucis sui, Pl. 109. Vide n. 1172. & 2416. Myrrham item exigit laboris fluentem, sive liberatam, quæ flos ipsius myrrhæ est, prima, & præcipua, n. 728. & 1311.
3. *Siquis vult venire post me.* Christus ad sui sequelam invitavit universos: ipse quippe est absolutissimum morum exemplar, n. 8. Prima lex, ac bene operandi norma, n. 2243. Unica meta est, & præcipuus scopus, in quem collimare debemus, à n. 38. Et instar columnæ est ignis, & nubis, nos ductans, illuminans, & obumbrans, à n. 1089.
 4. *Abneget semetipsum, & tollat crucem suam.* Nam, dum in hac vita versamur, luctandum nobis continuò est, ut pacificè in nobis requiescat divina Majestas, à n. 1359.
 5. *Abneget semetipsum etc.* Id est, semetipsum relinquit, ut explicat Gregorius: Tunc nosmetipsos relinquitur, cum vitam quod per vetustatem sumus [scilicet homines terreni] ad hoc nitimur, ad quod per novitatem vocamur: nempe ut simul toti cœlestes. Igitur cœlum eris, si à te ipso, & terræ contubernio longè se junctus, cœlestia, & æterna quæras, a num. 1115.
 6. *Abneget etc.* Bene Theophylactus: Abneget semetipsum quis veri inexpectatus erat, hodie castus, & Jobrius. Securus ergo castitatis cultor crucem tollat, moriaturque pro Christo. Nam castitas cultores suos deficiat, immortales, & incorruptibiles reddit, à n. 1944. Et castitas ipsa semper palmam tulit vel contra potentissimos hostes, à n. 1959.
 7. *Tollat Crucem suam.* Vbi Gregorius: Crux tollitur cum per abstinentiam assigetur corpus. Vide Jejunium: & à n. 1849. Et vide Martyr, & Mors.
 8. *Quid prædest homini si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiarur?* Nihil animæ, & bonis gratiæ præferendum; non opes, non imperia, non mundalia vilia; nam hæc omnia minoris ponderis sunt quam ipsa vanitas, & inanitas ipsa; nihil sunt, n. 1602.

Pro communi unius Mart. non Pontif.

1. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Matt. 10. Vbi S Hieronimus: Dei verbum nuncupatum meminerimus in gladio; quæ gladius missus est in terram; id est, prædicatio ejus hominum cordibus infusa. Etenim Evangelicæ doctrinâ non imbellis, sed bellatrix; non infirma, sed fortissima, qua Christus, qua Apostoli, qua Martyres præmuniti, diaboli regnum expugnantur, ac detriumphantur, à n. 2292.
2. *Non veni pacem mittere etc.* In terram Christus gladium misit, non qui proximis percutiat, sed qui in aratris, & falcibus ponatur, ut terram scindant, & messem colligant. Ab exundante enim Christi doctrinâ infœcundæ Gentilitatis regiones in terram uberem, & amœnam convertæ, à n. 2308.
3. *Non veni pacem mittere etc.* Quid commune habet gladius cum pace? nõne ille totus præliis incubit? Respondet S. Hieron. Bellum missum est bonum, ut vincatur pax mala: & pax bona adstruatur, nunquam armis depositis adversus vitia. Nam dum in hac vita versamur, pugnandum nobis continuò est, ut in nobis divina conquiescat Majestas, n. 1359.
4. *Non veni pacem mittere etc.* Quasi gladio obarmatus pugnat Christus, & expugnat peregrino vindictæ genere, n. 1233. Divina hæc virtus tunc maxime in nobis clarescit cum animæ hostes decalcamus, & conterimus, à n. 1230.
5. *Non veni etc.* Ubi Chryl. Mala paxem bonis dissensantia solvitur. Pax mala expugnanda, ut bona pax adstruatur. Hæc ubi floruerit, ibi divina Christi potestas, & Regia splendet maiestas, à n. 1415.
6. *Sed gladium.* Euty chius gladium interpretatur Dei amorem: Gladium vocat Christus dilectionem erga se, ut potius fidelibus ab infidelibus dividendum. Videtur hæc dicta cum intuitu ad flammeum gladium à Cherbino vibratum a d Paradisi januas, n. 1864.
7. *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est dignus.* Vbi S. Hieron. in Cantico legitur: Ordinavit in me charitatem, Ama post Deum patrem, aut matrem, aut filios. Ecce quod spectet gladius ille charitatis igneus, n. 1597. & 2085. Supremus Hebræorum Antistes nomina parentum in pectore, & humeris portabat; Dei autem nomen capite ferebat, cui supremus debetur locus, Exod. 28. Vide in indice SS. Et preme illa Hieronymi verba: Ama post Deum, patrem. Naturali enim legè tenentur filii amare, & honorare parentes suos, à num. 2142.
8. *Qui non accipit Crucem suam, & non it post me, non est me dignus.* Vide dicta ad proximè antelapsam Evangelium.

Pro communi Martyrum tempore Paschali.

- Pro Virgine Matre ad rem salutanda, maxime conducunt dicta à n. 204.